

plicatum. In affectibus stomachi nausea, vomitu, diarrhaea & cholera est inconveniens lac; Nihilominus si ex irritatione stomachi propter acrimoniam  $\Theta$ is scorbutici, in tali calu optimè conductit lac: In corrigenda acrimonia & corrosivitate  $\Theta$ is scorbutici est egregium. Ijs, qui laborant tumoribus hepatis vel Lienis, aut etiam infarctibus mesenterij non convenit lac, quoniam facile corruptitur, & nisi inveniat patulas vias, subsistit, & obstrukciones auget, propterea prius aperiendae viae & istiusmodi obstrukciones, reserandi meatus discutiendo tumores, antequam fiat progressus ad Diætam lacteam. Hæc de usu interno: Externè notum est, quod sit egregium anodynū, quodque dolores sistat & compescat. Unde etiam externè flores sambuci cum lacte cocti subministrant egregium discutiens inflammationum, uti etiam ipsum lac incoctionis florū Sambuci erysipelata discutit. Hæc de lacte in gente: Sequuntur nunc partes lactis, inter quas II. est SERUM seu  $\nabla$ . lactis: Hoc fit vel per se, dum per occultam fermentationem sensim sensimque aescit, & separatur pars butyracea & caseosa à reliqua substantia: vel fit adjectione terrij, instillatione 4. succi limonum, spiritus acidi, vel acido quoconque admiso, dum illa constringunt poros, ut illis contractis fiat separatio & secessus casei ad fundum. Ut citissimè fiat serum lactis  $\text{v}.$  v. gr. lib. i. lactis, hæc bulliat super  $\Delta$  &c, dum ita bullit, injiciatur alumen plumosum pulverisatum magnitudine avelanæ unius, & ex hoc lac coagulabitur in momento, & supernabit Serum. De hoc sero observetur, quod sit  $\nabla$  impregnata  $\Theta$  vol.  $\Theta$  so. & quasi  $\Theta$  e vol. de natura \*cali. Unde hoc serum lactis habet vim laxandi, moderatè alvum & abstergendis ordines in primis vijs, & ratione substantiæ saline stimulat. Unde gtauidis potest serum lactis propinari sine noxa prælaxanda alvo, quando est obstructa. Ratione  $\Theta$ .  $\Theta$  si etiam refrigerat commodè, & effervescentiam massæ sanguineæ moderatè compescit; propterea solet propinari convenienter serum lactis in febribus ardentibus, ut etiam in specie in febribus malignis, sive solum, sive modicè acidulatum cum succo citri vel r̄ibinum & similibus. Ulterius notetur, quod ut ut lac noceat hypochondriacis, & quorum viscera non bene constituta, ijs tamen valde proficuum esse serum lactis, quod  $\Theta$  e  $\Theta$  temperat acidum in primis vijs, & reserat infarctus viscerum. Unde etiam in hypochondriaco malo, post usum pilularum laxativaque conveniens est usus haustus seri lactis, ut pilule dissolvantur, & earum operatio facilior succedat. Præterea serum lactis vel  $\nabla$ . seri lactis diligenter destillata, per balneum præbet egregium menstruum pro infusione medicamentorum alterantium & purgantium in scorbuto malo hypochondriaco & similibus affectibus. Vrinam pellit, & si quid subest in primis vijs quod absterget, istud simul cum urina evanescat. In nimio Epatis fervore, in nimia seri

sanguinis acrimoniam, item tempore æstivo commode assumitur matutino tempore bonushastus teri lactis, cui simul misceantur vel diuretica vel purgantia vel aperientia, erit medicamentum eò magis conveniens. Si decoctum vel *Essentia Fumaria sero lactis instillatur*, convenit in purificatione sanguinis, in scabie, in ardore urina & sputo sanguinis ab acrimonia humorum exedente vasculo ortis: unde etiam ij, qui sunt preriginosi, (denen die Hant jucet) commendatum sibi habent serum lactis, egregiè enim temperat acidum pruriginosum. Serum lactis cum succis antiscorbuticis haustum est egregium. Non tamen adeò conveniens est serum lactis senibus, sed potius in vegeta ætate aut adolescentia constitutis. Dixi quod serum lactis habeat in se  $\Theta$  vol.  $\Theta$  sum. Unde BARTHOLETVS præparat ex sero lactis remedium, quod vocat mannam S.  $\Theta$  seri lactis vid. in Encyclopæd. p. 400. Præparatio est hæc: destillatur in M. B. calore leni serum lactis, donec in fundo butyracea fœta subsideat, cui adhærebit, & quasi superinstrata erit salina quædā substantia subalbida, hanc curiosè separat, est enim, uti dicit,  $\Theta$  seri Essentiale assimilatum  $\Theta$   $\Theta$  so, cuius causa serum  $\Theta$  lūm dicitur, & huic tota abstergendi vis seri ineft: Solvit hanc substantiam separatim in  $\nabla$ . appropriata & coagulat, opus repetit, donec seri cremorem habeat, sapore omnino mannam referente. Suavis est saporis, cuius  $\text{zj}$ . largius operatur, quam Mannæ vulgaris  $\text{zj}$ . diciturque ab eo demanna Seri. Seuqitur

BUTYRUM. Quod est altera pars lactis pinguis & oleosa, ubi primò mirari subit vim fermenti stomachici, quod ex planctis succis gramine & fœno efficit substantiam pinguem & oleosam, quam nemo artificum ex illis elicere potest, quamque nemo in illis, quæsivisset: Hæc autem est vis fermenti stomachici, ut ita ex alimentis assumptis eliciat Q. Essentia. Prostat in officinis quibusdam Diabutyrum purgativum: (NB. Uti inter omnia lacticinia lac Majale est optimum, ita Butyrum Majale interno vel externo usu omnibus palmam præripit:) Quidam butyrum non salitum miscent cum cancris fluvialibus contusis, hæc invicem exprimunt & ad absortionem humiditatis inspissant, fitque Butyrum Cancrorum, Krebs-Butter / quod contra phthisin est singulare remedium: Item contra casum ab alto: Est enim egregium vulnerarium ratione cancrorum, in specie in exulcerationibus renum & parium urinariarum & aliarum internarum, quibus potenter medetur Butyrum ratione substantiæ pinguis & oleosæ temperat omnem acrimoniam, acidam vim  $\Theta$  is, acidum in primis venenorum mineralium, quales sunt fumi acidi metallici,  $\text{\alpha}$ ,  $\text{\beta}$  & similiū metallorum: propterea iij, qui in hislaborant,

\* X a

boran,